



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

De ecclesia combusta, & corpore Domini intacto, cap. 16.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

In illo apparerent, quemadmodum fieri solet, cùm molli ceræ sigillū imprimitur. Sacerdos territus, mox hostiam leuauit, & laterem eruit; in quo cùm tam ipse, quam multi alii, tantum miraculū vidissent, & ex pauissent, consilij inops sacerdos, locum tam mirabiliter hostia signatum rasit, puluerem ponens inter reliquias. Huic miraculo Arnoldus monachus noster dicit se interfuisse. Ut etiam Dominus ostenderet in ære potentiam suam, tale quid fieri permisit.

## CAPVT XV.

**I**N villa, cui Haynrode vocabulum est, sacerdos *Aēr.* quidam est nomine Euerhardus, hic ante annos paucos ad ecclesiæ eiusdem festiuitatem vicinos sacerdotes conuocauit: solemnis antibus eis in vespere circa altare, & insantibus, unus ex eis pixidem, quæ super altare cum corpore Domini pendebat, casu euertit, & quinque ex ea hostias excussit. Quod ubi compererunt cæteri, mox organa sua suspenderunt; quærentibus eis hostias, & non inuenientibus, populo ejecto, & foribus obseratis, dum omnes angulos perscrucarentur, nec comparent, unus eorum, diuino nutu, ambitum, qui erat circa murum, ascendit, ubi easdem hostias in modum crucis dispositas attendit: erat enim idem circuitus pixide multo altior. Obsequens aēr suo Domino, corpus eius de pixide lapsum exceptit, ne super terram laberetur, ubi ab angelis suscepit, in locum illum sublimē deportatum est. Hæc mihi à Methilde magistra de \* Vſenich relata sunt. \* *al. Hn.* *fennich.*

## CAPVT XVI.

**N**on est diu, quod quædam ecclesia in prouincia nostra exusta est, cùmq; omnia, quæ cremari poterant, in cinerem fuissent redacta, flammis sponte homines intrantes, solam pixidem cum corpore Christi illæsam super altare repererunt. Quod pro miraculo magno, sicut reuera fuit, Cōrado Priori loci sanctæ Mariæ & aliis quam pluribus referentes, Deum glorificauerunt, plurimum per hoc in fide confortati. Ecce habes ex his, quæ dicta sunt, euidentissima

ma

ma argumenta, quod omni creaturæ, rationali & ho-  
mini, irrationali ut animalibus, insensibili, aquæsci-  
licet, terræ, aëre, & igni manifestata sit virtus huius di-  
uini sacramenti. APOLLONIUS: Satis mihi probatum  
est, quod sub specie pánis sit verū corpus Christi, nunc  
autem verum eius sanguinem esse sub specie vini, si-  
milibus mihi exemplis ostendas. CÆSARIUS: Non-  
ris consimiles causas esse subsequentium visionum,  
quas & precedentium: quibusdam, ut iustis, forma sa-  
guinis ostendit, ad deuotionis suæ remuneratio-  
nem: de sacramento dubitantibus ad confortationem;  
malè viuentibus, ad correptionem. Ecce exempla.

## CAPUT XVII.

*Sub spe-  
cie vini  
esse verū* **B**Onæ memoriarum Daniel Abbas Sconauia, qui  
doque Prior noster, cùm in die quadam mis-  
sam celebraret, formam humani sanguinis  
sanguinē calice vidit: & quia tunc temporis non fuit sibi con-  
mirari scimus alicuius mortalis peccati, eandem visionem ne-  
*ostenditur* quaquam sibi ad iudicium, sed ad consolationem co-  
cessam sperauit. Huius visionis testis est Bernardus  
monachus noster, aliquando concanonicus eius in  
ecclesia maiori Coloniæ. Comparetur igitur visio  
hæc visioni Godeschalci, qui Dominum vidit sub spe-  
cie panis in forma infantis, sicut dictum est ca. 2. Por-  
tò quod aliquando forma sanguinis quibusdam de  
sacramento dubitantibus ostendatur ad confortatio-  
nem, sermo sequens declarat.

## CAPUT XVIII.

**H**EYLARDUS sacerdos de Vuninsdorp, cùm die qua-  
lam in ecclesia dictæ villæ missam diceret,  
& de sacramento ex immissione diaboli per-  
culosè dubitaret, quando ventum est ad orationem  
dominicam, ubi calix discoopertus deponi solet,  
humani cruxis speciem in illo vidit, & expauit: ac  
si ei diceret Dominus; Si non credis sacramenti veri-  
tatem, discas experimento: & cùm fides via sit ad spe-  
cie, species hæc sanguinea te reducat ad fidem. Duravit  
autem forma illa usq; ad suptionem. Interfuit eide missæ  
Hyde.